

quae in caelestium mysterium de filio diuinitatis. quae omnia
 manducans homo. id est audiens eos acquirit sibi uitam aeternam.
 multas enim proprias habet sermo ad eam. sicut quum
 ta^{enim} nos suum fragmentum panis. aut quaecumque cibum
 primum molit eum dentibus & ita dismitit in stomachum.
 sic & cum audimus omne uerbum necesse est eum meditari
 in ore sensu & quasi quibusdam dentibus. id est tractibus.
 molere & uideri. quid est quod dicit aut unde dicit aut pro qua
 rem dicit. Nam quem admodum qualem cumque cibum nisi masti-
 cauerimus dentibus non ferimus saporis eius. ita & uerbum
 quod audimus nisi masticauerimus eum tractantes in nobis non
 possumus intellegere uir uerba uerbi illius. Nam & manna quae
 dabatur in heremo figuram habens uerbi. ideo dicebatur manna
 quod interpretatur hebraice quid est hoc. ut quouscumque au-
 diuimus uerbum ammonet nos ipsum ^{nomen} requirere quid est hoc quod
 audiuimus. & sicut cibus cum masticauerimus dimittimus in stomachum
 ita & uerbum postquam bene tractauerimus commendamus eum memo-
 riae quasi stomacho. Nam quem admodum non prodest cibus nisi
 cum fuerit mastigatus & in stomachum descenderit. sic non proficit
 ad salutem uerbi nisi cum fuerit intellectum & memoriae traditum.
 Nam sicut cibus nihil prodest si manducamus. & iterum uouimus eum
 de stomacho. sic nihil in nobis prodest uerbum quod audimus & obli-
 uiscimus eum. Cibus qui in stomacho stat ille confortat. & sermo
 qui in memoria manet ille saluat. Unde & apud iudeos illa ani-
 malia sunt munda quae reuocant & ruminant. Omne ergo animal
 illud est mundum quod mastigat & tradit utero. & iterum reuocat
 & ruminat. & homo ille est sanctus qui audiens uerbum tractat & cum in-
 tellexerit tradit memoriae quasi utero tradit. & iterum de memoria